UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

11. Considerando varios Authores Passionis Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

Ad hunc modum, conſputationes multiplices poſſunt expendi: item accuſationes apud Annam, apud Caipham veſperi, & manè, apud Pilatum, apud Herodem, iterum iterumque apud Pilatum, item in condemnatione & ſententiæ promulgatione, item in titulo Crucis, item in blasphemiis illuſionibusque objectis, jam Cruci affixo, item à latrone improperante.

In his ſingulis, Meditator devotus, reperiet quo ad compaſſionem moveatur, quoque erudiatur ad Manſuetudinem, Patientiam, Conſtantiam, Humilitatem, Charitatem, Obedientiam, ad ſui odium, vilificationem, accuſationem, confuſionem, internam externamque mortificationem, tum etiam ad gratiarum actionem, admirationem, compaſſionem, deprecationem, laudationem. *Vide infra modum XII.*

MODUS XI.

UNdecimus Paſſionem Dominicam meditandi modus eſt; Aſſumere & expendere varios Authores Paſſionis Chriſti. Horum Authorum aliqui erant juſti & æqui: qualis fuit Pater Æternus. *qui ſic dilexit mundum, ut filium ſuum* *Joan. 3. 16.* *unigenitum daret,* (ad pœnas, & mortem in carne ſubeundam,) *ut mundus ſalvetur per ipſum:* talis etiam fuit ipſe Dominus JEſus, qui amore & obedientia erga Patrem ejusque gloriam: amore item & commiſeratione ſuper nos, *exinanivit*

ſemetipſum factus obediens usq; ad mortem, mo
autem crucis: tales etiam authores fuere ſuo m
omnes Angeli Beati omnesque ſancti Patria
ante Chriſtum: ac in primis ipſa Beatiſſima
Mater. Omnes enim iſti deſideraverunt & c
veruntmortem Paſſionemque Chriſti, u
reparatricem ſalutis humanæ, abolitricem
cati ruinarum cæleſtium reſtauratricem, re
tricem paradiſi, gloriæ, charitatis, veritatis,
ſtitiæ, miſericordiæ Dei manifeſtatricem,
ſti ipſius exaltatricem heroicarum virtu
omnimodæque perfectionis Magiſtram, D
Eccleſiæ atque vitam, Sponſarum ſeu dilig
um dilectarumque Chriſti animarum emu
tricem, ditatricem, ornatricem, inflamm
cem, adglutinatricem, transformatricem, &
ſorptricem. Quocirca minime dubitandum
quin ſi ita placitum fuiſſet voluntati Dei, ipſi
geli atque Sancti, ipſa etiam Pretioſiſſima
noſtri Mater, Dominum JEſum ſuis ma
tam illi, quàm iſta fuiſſent crucifixuri, ob
rem tantorum bonorum Dei, Chriſti, Ca
mundi, ex Paſſione Chriſti excreſcentium.

Alii Authores Paſſionis Chriſti fuêre in
& per omnia improbi, ac per hoc Deicidæ,
ximæque iniquitatum omnium iniquitatis
Tales fuere dæmones, omnisque poteſtas t
brarum. Talis Judas proditor, tales Judæo
Principes, & Sapientes; talis Pilatus & H
des, tales milites, aulici, carnifices, omnis
furioſa plebs à Principibus perſuaſa, & perv
Inter hos authores, ſuo modo recenſeri po
diſcipuli Chriſti deſertores, Petrus negato

…ator, reliqui in fide & ſpe collapſi. His an-
numerari authoribus etiam poteſt Barabbas
Chriſto prælatus, latrones ambo. Præ omnibus
autem, authores fuêre Paſſionis Chriſti, omnes
& ſinguli homines, præteriti, præſentes, futuri,
ab Adam primùm creato, ad ultimum naſcitu-
rum in fine mundi: & quidem omnibus & ſin-
gulis ſuis peccatis mortalibus venialibusque,
quorum quodlibet morte & ſanguine Chriſti ad
ſui expiationem eguit, & quia eguit eandem
exegit, quia exegit, etiam pro ſua portione cau-
ſavit: pro ſua portione inquam, non quia non
quodlibet peccatum, aut non quilibet peccator,
totius integræque Paſſionis Chriſti author ſit:
ſed quia nec unum aliquod ſolum peccatum,
nec unus aliquis ſolusque peccator, ſed omnia &
omnes. Alioqui, niſi hoc verum eſſet, quomo-
do diceret Pater Æternus: *Filium ſuum percuſ-* *Iſa. 53. 8.*
ſum, propter ſcelus populi ſui? quomodo dicere- *Ibid. 6.*
tur, *poſuiſſe in filio iniquitates omnium noſtrum?* *Joan. 1. 29.*
quomodo diceretur Chriſtus, *Agnus Dei, qui tol-* *Apoc. 13. 8.*
lit peccata mundi? quomodo diceretur, idem *Rom. 5. 10.*
Agnus occiſus eſſe ab origine mundi?

Ah quanta mihi, quanta unicuique homi-
num materia dolendi, lugendi, erubeſcendi?
quanta obligatio pœnitendi, patiendi, reda-
mandi? quandoquidem videmus, quòd ante-
quam adhuc eſſemus, jam tamen inimici eramus,
nec inimici ſolùm, ſed etiam perduelles, & Dei-
cidæ, & nihilominus cum adhuc tales eſſemus,
reconciliati ſumus Deo Patri, per Chriſtum. Et
indignamur nos, dæmonum in Chriſtum mali-
tiæ, odimus Judaicam nequitiam, execramur Pi-
latum, Herodem, Judam, aliosque: & non at-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tendimus, quòd nos magis ipſi ſimus odio, cratione, deteſtationeque digni, qui totius bolicæ, Judaicæ, aliorum omnium malitiæ mus cauſa, & inſuper etiam horum omniu ſcelere exſuperatores, atque transgreſſ adeò, ut nulla ſit inter illorum noſtramque litiam proportio, quoniam etſi horum om in Chriſtum malitia non ſæviſſet; adhuc tr noſtra peccata ſanguinis, & Paſſionis, & tis Chriſti, & occaſio, & cauſa, & admi fuiſſent. Ita ut longè furioſiùs, longèque ſtinatiùs, longè denique malignifſimâ i tentiâ efficaciùs, noſtra ſcelera clamaverint voces, *Crucifige, Tolle, Sanguis ejus ſuper n ſuper filios noſtros.* O ſi hæc intimis ſenſibus dis noſtri capere poſſemus! ô ſi intimâ r ſcelerum noſtrorum omnium, ſingulorum cognoſcere atque penetrare laboraremu manitatem! ô ſi aliquando cogitationes d obligatione noſtrâ in JEſum, dignas ch JEſu erga nos, aſſumeremus, nec unqua poneremus!

MODUS XII.

DUodecimus Paſſionem Dominicam r tandi modus eſt: Aſſumere inſtru extrinſeca Dominicæ Paſſionis, quæ ſervi ad dolores ignominiasque Chriſti. Ejus ſunt funes, catenæ, lora, fuſtes, ligna, faces, pugni, palmæ, ungues, ſputa, cal genua, flagella, virgæ, ſpinæ, arundo, pu myrrha, fel, acetum, crux clavi, mallei, la titulus crucis, velum oculis obductum,